

dispensatione exprimentum. Ad secundum dicitur, diuersam esse rationem. Quod ad dispensationis valoris petitur iure omnia impedimenta explicari, & in eadem dispensatione. At ad valoris abolitionis ab excommunicatione, nullo iure cauetur, ut impedimentum aliquod explicetur, praeter eam causam praecise ob quam excommunicatio incurritur, cuius abolitio petitur. Imo nec eam causam necesse est explicare. Quia adhuc ipsa excommunicatione non expressa per obliuionem, manet poenitens ab ea absolutus per generalem ab excommuni-

catione abolitionem praemitti solita abolitioni a peccatis. Ad tertium negandum est stylum Curiae id habere, nisi in duplici casu explicato. num. 7. & 8. Ad quartum negatur consequentia. Quia impetratio illius venia diuersorum criminum tendit ad diuersos fines, & vna non pendet ab altera. At dispensatio vtriusque impedimenti tendit ad idem matrimonium in eundem, cui vtrūque illud impedimentum resistit: & ideo ut valeat, vtrūque simul impedimentum aperiendum est. Ad quintum constat ex dictis. n. 7. Ad vltimum constat ex dictis n. 4.

**DISPVTV. VIGESIMA QVARTA.**

Quae exprimentum sint in dispensationibus impedimentorum matrimonij, vt subreptione liberentur?

**SVMMARIVM.**

**A**N Quando sunt plura impedimenta, sint omnia narranda? num. 1.  
 An sit explicandus gradus coniunctionis in consanguinitate, affinitate, publica honestate ex matrimonio rato? num. 2.  
 An sit legitimitas subreptitia, explicato vitio spurq; in genere, & dispensatio, explicata coniunctione in genere, & tacito gradu? num. 3.  
 An duplici titulo consanguinitatis, affinitate, publica honestate, cognatione vel spiritali coniuncti, teneantur vtrūque explicare? Referatur quaedam sententia. num. 4.  
 Proponitur sententia auctoritatis: & explicatur qualiter in adulterini filij legitimatione sit vtrūque; patens adulterium dicendum. num. 5.  
 An hanc taciturnitatem suppleat clausula, non obstante, atque haec augeat gratiam supplens qualitates non expressas? num. 6.  
 An si affinitas est contracta ex multiplicata copula, quando est eadem consanguinea eius, quam quis ducere vult, sit haec copula multiplicata exprimentum in dispensatione: & similiter in dispensatione irregularitatis, quando excommunicatus celebravit saepe? num. 7.  
 Quid, si impetrata affinitatis dispensatione, impetrans iteraret copula eam eadem antequam ordinarius, vel coessor discesset, aut post? num. 8.  
 An potestas dispensandi in aliquo gradu etiam cum persona determinata, extendatur ad eum gradum duplicatum? num. 9.  
 An potestas dispensare in aliquo certo gradu, possit quoque; si cum eo gradu sit coniunctus alius inferior: & an potens dispensare in duobus consanguinitatis gradibus, vel altero consanguinitatis, & altero affinitatis, possit quando

vtrūque; in eodem concurrat? num. 10.  
 Satisfit argumentis num. 11.  
 An quando femina est superior in gradu consanguinitatis, vt quia est amita viri, sit id explicandum? num. 12.  
 An idem sit explicandum in affinitate, & publica honestate? num. 13.  
 An sit explicandū quando distantia graduum est in linea recta, in consanguinitate, affinitate, ac publica honestate? num. 14.  
 An in cognatione spiritali sit exprimentum, an sit paternitas, vel copaternitas, ex quo Sacramento, ex qua ve actione ortum? num. 15.  
 An sit necesse explicare, an publica honestas orta sit ex matrimonio rato? num. 16.  
 An error vitior, quando exprimitur superior, cum sit inferior gradus? num. 17.  
 Quid, si ignoranter exprimitur inferior, cum sit superior? num. 18.  
 Quid, si error contingat narrando maius impedimentum, vt consanguinitatem, cum sit minus diuersae speciei, vt affinitatem? num. 19.  
 Quid, si in his casibus esset error communis circa gradum, impedimentum? num. 20.  
 An quando est votum, & iuramentum, siue in honorem solius Dei, siue simul in fauorē terrij, illo remittente, vel votum saepe iteratum, sit haec explicanda in petitione dispensationis. Et an volens ducere uxorem sit professus & Sacerdos, & an sit Episcopus, vel Sacerdos, an potius sit sit ordinem sacri explicare? num. 21.  
 An uxorem interimens animo concubinae ducenda, vel absque eo animo, & res deulata est ad forum contentiosum, & damnatus non pena ordinaria, sed arbitraria defectu plenae delicti probationis, qualiter possit impe-

trare dispensationem, ne fatens delictum in narratione, possit de eo conuinci, ac damnari? num. 22.  
 An dum contrahentes consanguinei, vel affines, distant inaequaliter a stipite, sat sit mentio gradus remotioris? Referatur duplex opinio. num. 23. & 24.  
 Proponitur sententia Auctoritatis. num. 25.  
 Proponitur tenor literarum declaratoriarum, quae ex praescripto motus proprii vj v. impetranda sunt ab explicante solum gradum remotiorem. num. 26.  
 An haec sint necessariae, quando in publica honestate ex matrimonio rato, vel in affinitate ex fornicatione solus gradus remotior explicatur? num. 27.  
 An haec litera sint pro solo foro externo necessariae? num. 28.  
 An valeat matrimonium in initio solo gradu remotiori explicato, nec his literis impetratis, nec sit ad iudice Ecclesiastico separandum? num. 29.  
 Quid, si non allatis his literis declaratorijs iudex suo iudicio abuterens dispenseret, vel quia falso probatum est esse solum gradum remotiorem, an id matrimonium valeat? num. 30.  
 An ij, qui sit contractare, vbi non est scandalum, nec res ad forum externum delata, teneantur eas literas procurare? num. 31.  
 Quando gradus propinquior stipiti est primus, an valeat dispensatio solo gradu remotiori explicato? num. 32.  
 An quando affinitas est occulta, & sic in solo foro conscientiae petitur dispensatio, sat sit gradus remotioris mentio absque ijs literis? num. 33.  
 An potestas dispensandi in aliquo gradu, extendatur ad ipsam quando mixtus est ex remotiori, & propinquiori? num. 34.  
 Enodatur privilegium Indis concessum, vt possint in tertio & quarto gradu matrimonij inire. num. 35.  
 An concurrentibus affinitate, & publica honestate, sat sit affinitatis mentio? Referatur duplex sententia. num. 36. & 37.  
 Explicatur sententia Auctoritatis. num. 38.  
 An sit subreptitia dispensatio affinitatis in tertio vel quarto gradu, non explicata publica honestate, nec copula licita ex qua affinitas est? num. 39.  
 Quid, si explicetur affinitas in primo vel secundo gradu, tacito an sit ex copula licita, & tacita publica honestate? num. 40. & ibi, an explicandum sit an affinitas sit ex licita copula? & quid, si in genere explicetur publica honestas? num. 41.

An potestas dispensandi in affinitate, extendatur ad publicam honestatem concurrentem: & ad publicam honestatem ex solo matrimonio rato, vel sponsalibus consurgentem? num. 41.  
 An in dispensatione consanguinitatis, vel affinitatis sit necessaria mentio copula incestuosa, matrimonij male contracti, sive facilius dispensationis? Remissio. num. 42.  
 Soluuntur argumenta. num. 43.  
**P**rima conclusio sit. Quoties sunt plura impedimenta, omnia sunt necessaria narranda, vt virtute dispensationis liceat matrimonio inire. Ratio est aperta, quia cum omnia illa matrimonio ineundo obstant, omnium illorum est necessariò dispensatio impetranda. Et sic docent omnes, solum enim controuertitur an sit necesse ea in eadem dispensatione exprimi, an sat sit in diuersis. De qua re egimus disput. praecedenti. Et specialiter conclusionem hanc docent Sotus. 4. dist. 41. quaest. vnica, art. 2. columna 4. Couarr. 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 7. num. 1. Bartholomaeus a Ledesma de matrim. dub. 39. sine. Manuel 1. tomo summae, in 2. editione cap. 228. num. 1.  
 Secunda conclusio. Necesse quoque est, ne dispensatio subreptitia sit, exprimeret quoque gradum consanguinitatis, affinitatis, vel publicae honestatis ex matrimonio rato (in qua etiam sunt gradus) coniuncti sunt contrahere volentes. Constat ex communis stylo Curiae. Item, quia quò gradus coniunctior est, eò difficilior est dispensatio, ac maiori compositione exacta, vrgentioribusq; causis petitis conceditur. Et ita fatentur omnes.  
 Hinc deducitur subreptitiam esse dispensationem, si haec in genere explicetur tacito gradu. Quòd deest qualitas necessaria exprimentum. Sicut in simili tradunt Doctores subreptitiam esse legitimationem spurij, si solum declaratur eum esse spurium, tacitis qualitatibus, & circumstantijs coitus, ex quo procreatus est. Hi sunt Baldus. l. eam quam. num. 36. C. de fideicommissis. Anton. cap. per venerabilem. num. 15. qui filij sint legit. & ibi Abbas num. 27. Alexander de Neuo nu. 53. & latissime Probans Felinus. cap. postulasti. num. 2. declaratione §. de re script. Alexand. consil. 195. num. 3. & 7. volum. 2. Francus cap. 1. num. 5. de filijs presbyter. in 6. Iason inflit. de actionibus. §. omnium. num. 32. Ripa resp. ponfo 14. num. 11. de re script. Selua benef. 3. part. quaest. 1. ad finem. Rebuffus praxi



benefic. tit. de dispensatione super defectu natalium. num. 61. & tit. de rescripto legitimacionis mixto num. 31. Gambara de auctoritate legati, lib. 7. tit. de dispensatione legatorum circa matrimonia. num. 406. & 407. & lib. 10. num. 219. Gregor. Lopez. l. 9. verb. non aua. tit. 18. part. 3. Couarruu. 4. decret. 2. part. c. 8. §. 9. num. 1. & 2. vbi & alios refert. Villalobos in communibus opin. litera L. versic. legitimatio. num. 112. Rojas epitome successio. num. cap. 23. nu. 17. Pelaez de maioratu, in 1. editione 1. p. quaest. 4. num. 6. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria 3. casu 203. num. 2. Valafcus consil. 80. num. 1. tomo 1. Et ex Theologis, Molina tomo 1. de iustitia, tractatu 2. disputatione 173. columna 8. versic. hinc colligitur. Ludouicus Lopez 2. part. instrum. & orij, vbi de matrimo. cap. vltimo, tit. de dispensatione peccata, statim in principio. Neque est audienus Aretinus, qui loquens de legitimacione censuit contrarium. cap. at si clerici. §. de adulterijs. num. 42. de iudicijs, que optimè improbat Felinus proximè allegatus.

Secundò deducitur, quid in ea questione non sentenda sit. An si duo sint duplici titulo coniuncti in eodem, vel diuerso gradu, sit vtriusque coniunctionis mentio necessaria? Verbi gratia, sunt ex parte vtriusque parentis coniuncti in secundo gradu, id est, primos hermanos per dos partes, vel ex vno parentis latere sunt coniuncti in secundo gradu, & ex altero, in tertio, vel quarto: vel sunt affines duplici titulo, vt quia contrahens rem habuit cum duabus personis consanguineis intra secundum gradum alterius contrahentis: vel duplici titulo contraxere cognationem spiritualem, vt si alter alterius duos filios baptizauit, vel ex sacro fonte leuauit, aut tenuit in confirmatione: vel eundemmet filium ex sacro fonte leuauit, & in confirmatione tenuit: vel alter fuit mutus patrinus filij alterius: vel duplici ex parte habent impedimentum publicæ honestatis: quia contraxit matrimonium ratum validum cum duplici cognata intra quartum gradum eius cum qua vult contrahere, vel duo sponsalia valida eadē duabus eius sororibus ex dispensatione Pontificis. Aliqui censent satis esse absolutam gradus illius propinquioris mentionem, non explicata multiplicitate eiusdem vinculi. Verbi gratia, satis est dicere, sumus patruales, vulgo, primos hermanos, non explicando an via vtriusque pa-

rentis: vel an altero consanguinitatis gradu inferiore se attingant: & idem dicunt loquentes de affinitate. Ducitur, quia vbi vterque ex vtroque latere consanguineus est, vnicum est consanguinitatis vinculum, nec inde gradus hic recipit augmentum. Vt tradunt Calder. consil. 1. de consanguinijs. num. vnico. Alexander de Neuo, cap. quod dilectio, ad finem, de consanguinitate. & ibi Præpositus num. 8. quarto Papa. Gambara de auctoritate legati, lib. 7. tit. de dispensatione legatorum circa matrimonia num. 407. Secundò, quia irregularis eod quod sæpè celebrat excommunicatione innodatus non tenetur in dispensationis impetratione mentionem facere multiplicis celebrationis. Et habens rem sæpè cum sorore femina ducenda, non tenetur multiplicem copulā narrare. Tertio, quia ex adionibus vnus speciei in eodem subiecto, vnum numero accidens confurgit: vt constat in productionibus plurium albedinis graduum in eodem subiecto. Quarto, quia natus ex duplici adulterio coniugati cum coniugata, non tenetur in legitimacionis impetratione virumque, vitium exprimeret, sed satisfaciet narrans se ex coniugato & soluta natum esse, quia sic explicat se ex adulterio habitum. Vt sustinet Angelus consil. 204. num. 1. Præpositus. cap. per venerabilem. §. quod autem. nu. 24. in fine, qui filij sint legit. Similiter ergo sufficit explicare gradum propinquioris consanguinitatis, vel affinitatis, non explicata multiplicitate illius gradus. Atque ita in proprijs terminis sustinet Henriquez lib. 12. de matrimonio. cap. 10. num. 3. loquens de consanguinitate, & affinitate. Et loquentes de affinitate docent idem Petrus de Ledesma in summa Sacrament. vbi de matrimonio. cap. 27. post 6. conclusionem, difficultate 2. Manuel 1. tomo summa 2. editione cap. 238. num. 1. sine. Vega 2. tomo summa cap. 34. casu 98. sine. Atque idem dicent de gradibus publicæ honestatis, & cognationis spiritualis.

Ceterum dicendum est, esse necessariam mentionem multiplicis eiusdem gradus, vel diuersi, in consanguinitate, affinitate, publica honestate, cognatione spirituali, in omnibus exemplis nume. præcedenti initio propositis, ne subreptitia sit dispensatio. Ducor, quia in odiosis, quale est dispensatio, mixtum non comprehenditur sub simplicibus. (vt probauit dispensatione 2. num. 28.) At negari non potest mul-

tuplicatas

tuplicatas cognationes mixtas esse. Non ergo comprehenduntur in dispensatione simplicis gradus cognationis. Et confirmatur, quia duo caloris gradus solo numero distincti, quando in eodem subiecto producti vniantur, & sicut vnus numero calor ratione vnitatis subiecti, ac multo intensior est duplicatus ille calor, & difficilius tollitur. Ergo quando duplex ille coniunctionis gradus sit eadem numero coniunctio ex vnitate subiecti, in quo reperitur, erit multo intensior, atque perinde ac si esset alia coniunctio, & sic erit explicandus. Secundo probatur explicando magis dicta. Quia dum, verbi gratia, consanguinitas ex duplici parte confurgit, tunc non est vnica, ac vnus sanguinis communicatio, sed est duplex, duplicisque sanguinis verè participati à duobus diuersis. Cum ergo ex sanguinis participatione confurgat impedimentum consanguinitatis, pullulabit inde, aut duplex impedimentum, aut saltem duplicatus intensioris gradus eiusdem impedimenti. Et similiter quando contrahitur duplex affinitas cum eadem femina ex duplici copula habita cum duabus eiusdem consanguineis, tunc non datur simplex eorundem feminum commixtio, ex qua sequitur affinitas, sed est duplicata diuersorum numero feminum commixtio. Et similiter in cognatione spirituali, & publica honestate multiplicatis augetur id continentie vinculum confurgens ex diuersis omnino causis, ratione diuersarum personarum, vel ratione eiusdem personæ ex distincto omnino ministerio circa Sacramenta diuersa. Ergo vtriusque coniunctionis est mentio facienda. Tertio, quia illegitimus ex adulterio coniugati cum coniugata, subreptitiam impetrabit dispensationem, se adulterum narrans, & sic legitimatio irrita erit, nisi vtriusque parentis adulterium narret. Vt reprobat contraria sententia num. præcedenti in ratione quarta allegata, sustinet Oldradus consil. 247. dubio 2. num. 2. Antonius cap. per venerabilem. num. 15. qui fil. sint legit. & ibi Abbas num. 27. Alexander de Neuo num. 54. Præpositus sibi contrarius ibi. §. quod autem. num. 20. Alexander consil. 60. ad finem, & consil. 195. num. 6. volum. 2. Decius consil. 462. visa legitimacione. num. 7. volum. 4. Milis in repertorio, litera F. num. 12. verb. filius natus ex duplici: & litera D. num. 23. verb. dispensatio. versic. dispensandi facultas. Felinus cap. postula-

ti. num. 2. versic. ceterum & de isto, & declaratione 2. de rescriptis. Angelus verb. legitimatio. nume. 5. Rosella. verb. illegitimus. nu. 17. Syluest. verb. legitimus. quaest. 3. dicto 2. Euerardus in suis topicis, loco à vi geminationis. num. 11. Gregor. Lopez l. 9. verb. non aua. tit. 18. par. 3. Couarruu. 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 9. num. 3. Villalobos in communibus opinionibus, litera L. verb. legitimatio. num. 13. Mandosius in signatura gratiæ. verb. dispensationes matrimoniales, ad finem. Rojas epitome successio. num. cap. 23. num. 17. & 19. Pelaez de maioratu, 1. editione. 1. part. quaest. 3. num. 6. Borgasius de irregularitate. 2. part. tit. de interpretatione dispensationis. nume. 12. Valafcus consil. 80. num. 3. tomo 1. Molina tomo 1. de iustitia, tractatu 2. disputat. 173. columna 8. versic. hinc colligitur. Ergo similiter erit subreptitia dispensatio, si non explicetur vterque coniunctionis gradus. Et ita in proprijs terminis loquentes de consanguinitate docent Rota in nouissimis, volumine 3. lib. 1. decisione 117. num. 2. & lib. 2. decisione 70. num. 1. Iacobus de Puteo decisione 39. num. 2. & 3. lib. 3. Mandosius proximè allegatus. Molina tomo 1. de iustit. tractatu 2. disputatione 161. columna penultima. versic. illud tamen. Petrus de Ledesma de matrimo. quaest. 56. art. vltimo. dubio 2. difficult. 3. corol. 5. & summa Sacrament. vbi de matrimo. cap. 27. conclusione 6. Et quando de alijs coniunctionibus non loquantur, ac cum eadem rationes in illis militent, idem sentent si de illis agerent. Quare immerito Petrus de Ledesma, qui hoc sentit in consanguinitate, contrarium dixit in affinitate. Vt ex ipso retuli num. præcedenti.

Nec tacito altero coniunctionis gradu, proderit clausula, non obstante, in literis dispensationis apposta, vt reddat ipsam validam suppleas gradum non expressum. Quia clausula hæc non reddit gratiam validam, nec illam auget suppleas qualitatibus necessariis exprimedam taciturnitatem, sed tantum reddit validam, ac confirmat expressa: vt optimè tradunt Baldus. l. 1. num. 22. versic. vnum etiam scias. C. de furtis: & l. eam quam nu. 36. C. de fideicommissis. Alexander consil. 95. num. 7. volum. 2. Decius consil. 541. visa donatione. nume. 21. volum. 4. & consil. 602. viso punito num. 19. volum. 5. Ruinus consil. 208. nume. 18. sine. versic. nec obstat, volum. 1. Aymon consil. 296. num. 3. volum. 2. Ripa respon-



fo 14. de re scriptis. num. 11. Gozadius ed. fil. 6. num. 72. Zephalus consil. 684. num. 44. & 45. volum. 5. referens Zephalum genitorem suum consil. 186. nam. 29. Menochius de arbitrar. lib. 2. centuria. 3. casu 203. num. 13. Brunorus in suo compendio. litera D. versic. dispensatio est de lege.

7 Quod si affinitas esset contra ea ex pluribus fornicationibus eum eadem consanguinea. non esset opus exprimere copulam fuisse multiplicatam: sed sufficeret affinitatis mentio. Constat ex stylo, nullus enim unquam id exprimit, nec quando petit dispensari in affinitate ex copula conjugali, petitur ab ipso, ut numerum copularum conjugalium, aut tempus, quo duravit matrimonium, explicet. Secundo, quia irregularis est quod excommunicatus celebrari, non tenetur multiplicata celebrationis mentionem facere. Ut bene tradunt Henriquez lib. 13. de excommunicat. cap. vitimo. num. 2. in commento, litera M. & lib. 14. de irregularitate. capit. 7. sine. Emanuel Sa summa. verb. irregularitas, ubi de irregularitate ex ordinis abusu, sine. Quamvis contrarium minus bene in hoc tenent Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. cap. 182. sine. Ergo similiter in nostro casu. Tertio, probatur reddita discrimine ratione inter diversas fornicationes cum diversis consanguineis eiusdem sexus, vel eum eadem consanguinea eiusdem. Quia in hoc posteriori casu non contrahuntur plures affinitates, seu plures eiusdem affinitatis gradus: sicut nec multae irregularitates ex multiplici celebratione excommunicati: sed tantum adduntur novae illae actiones, quibus sufficienter contraheretur irregularitas, vel affinitas, nisi esset iam contraea. Sicut ex multiplici eiusdem voti repetitione nullum vinculum novum confurgit. At in priori casu sunt diversae numero impedimenta intra eandem cognationis speciem, vel saltem plures distincti quasi gradus eiusdem specificae coniunctionis. Sicut plures gradus carnis in eodem subiecto. Ut explicui num. 5. Et hoc tenent à fortiori Doctores num. 4. relati.

8 Hinc deducitur, si obtenta Pontificia dispensatione in affinitate, antequam ordinarius eam exequatur, impetrans ireraret copulam cum eadem consanguinea femina à se ducente, valere adhuc dispensationem. Quia nondum consummata est dispensatio in affinitate, sed ordinarius

virtute mandati Apostolici dispensare debet. At copula haec non auget affinitatem, nec novum aliquem eius gradum producit, sed eademmet affinitas manet, in qua dispensari committitur Ordinarius. Secus esset, si accideret copula postquam iam dispensavit ordinarius, vel confessor, qui committitur in foro conscientiae. Quia cum prior affinitas sit omnino per dispensationem ablata, contrahetur novae affinitatis per hanc copulam, in qua nulla est dispensandi commissio.

9 Quamvis autem dispensatio in aliquo coniunctionis gradu non extendatur ad coniunctionem duplicatam ex utroque parente. (vt numero 5. probavi.) At potestas dispensandi in aliquo coniunctionis gradu concessa extenditur ad eum gradum licet duplicatum. Quia dispensatio tanquam obliosa est restringenda: potestas autem dispensandi tanquam favorabilis extendenda. Conferunt etiam ad hoc quae cum alijs quibus diximus disputatione 2. nume. 30. nimirum, in potestate legitimandi spurij comprehendendum mixtum. Et ita docent in proprijs terminis Caldeirius consil. 1. num. unico, de consanguin. Alexander de Nevo. cap. quod dilectio, ad finem, de consanguin. & ibi Preposit. num. 8. versic. quare Papa. Felinus cap. finali. num. 8. de simon. & cap. et si clerici. 6. de adulterijs. num. 8. de iudicijs. Ripa responso 11. num. 6. de re scriptis. Iacobus de Puteo decisio 39. num. 1. lib. 3. Rota in novissimis, volum. 3. lib. 1. decisione 117. num. 3. & lib. 2. decisione 70. num. 3. Gambarà de autoritate legati, lib. 7. tit. de dispensatione legatorum circa matrimonia. nume. 46. & sequentibus. Quamvis contrarium minus bene tenent Milis in suo repertorio, litera D. num. 23. verb. dispensatio. versic. dispensandi facultas, ubi ait habentem facultatem dispensandi cum nato ex adulterio, non posse quando natus est ex utriusque parentis adulterio. Cui favent Doctores, quos retuli disputatione 2. num. 30. dicentes potestatem dispensandi cum spurio non extendi ad casum mixtum. Imò quando esset commissio ad dispensandum in gradu certo cum determinata persona, non ad petitionem ipsius, sed in ipsius dispensaturum favore concessa, extenderetur ad eundem gradum multiplicatum. Quia ea commissio, vt favorabilis est extendenda, instar potestatis dispensandi. (vt diximus disputatione 2. num. 6.) Et ita docent

Iacobus

Iacobus de Puteo, & utraque Rota decisio proxime allegati.

10 At hic cui potestas data est dispensandi in certo gradu, vt in secundo, non possit si illi adiunctus quoque esset alius gradus etiam inferior. Vt si contrahentes sint coniuncti in secundo, & in tertio etiam gradu, vt quia sunt vulgò primos hermanos, y primos segundos. Quia secundus gradus est genus ad eundem gradum multiplicatum: at non est genus ad secundum, & tertium. Et quamvis potens dispensare in secundo gradu, possit à fortiori in tertio, tanquam in minori: at nequit quando vterque gradus in eodem reperitur. Quia multo maior est quam secundus solus, nec comprehenditur sub secundo, tanquam sub genere. Autem potens dispensare in secundo gradu, & etiam in tertio consanguinitatis: vel in secundo consanguinitatis, & secundo affinitatis, possit quando vterque gradus in eodemmet concurrat, pendet ex illa questione, quam discussi disputatione 2. num. 27. & 28. an potens legitimare adulterinum, & incestuosum, possit eundem vterque vitio affectum: & iuxta diversas sententias ibi relatas est sentiendum. At retenta nostra, quam ibi num. 28. tenuimus dicenti posse, idem est in hoc casu.

11 Ad argumentum num. 4. proposita respondetur. Ad primum constat ex dictis num. 5. ubi probavimus non esse duas omnino distinctas cognationes, at esse vnam intensiorem duos quasi gradus habentem. Ad secundum constat ex dictis num. 7. ubi discrimine rationem tradidimus. Ad tertium & quartum constat ex dictis num. 5. ubi explicuimus qualiter sit vnum numero accedens, & reprobauius doctrinam Angelii.

12 Secunda conclusio. Non satis est aliquando explicare consanguinitatis gradum, et si explicetur eum esse inaequalem, sed quando inaequalitas oritur ex eo quod femina sit spiriti proximo, est quoque id explicandum: alias erit subreptitia dispensatio. Quia cum tunc femina sit amita, vel matertera viri, id est, filia suya, multo absurdus est id matrimonium. Vt optime docet Sotus 4. distinctio. 40. quest. unica, artic. 31. columna 8. versic. quarta demum, & artic. 4. columna penultima. versic. & tertio. Quia cum consobrinus debeat iure naturae esse subiectus matertera, eique ac superiori reverentiam praestare tenetur, perverteretur hic ordo matrimonio inter eos inito, esse & ipsa tanquam vxore subdita suo con-

sobrinus. Atque ita docet Molina tomo 17. de iustitia, tractatu 2. disputatione 161. columna penultima. versic. illud tamè. Quod moderaret, quando esset amita, vel matertera in secundo, vel tertio gradu. Quia est hermana, o prima hermana del padre, o madre del varon. Secus si in quarto gradu, vt quia est prima segunda dellos. Quod inter hos ferè nulla eius superioritatis affirmatio sit. Atque ita tunc sufficeret explicatio gradus veri, nempè, remotioris, explicando in genere eum esse inaequalem. Vt volunt duo contrahere coniuncti in tertio cum quarto gradu, eo modo, quo eam inaequalitatem dicemus à num. 23. esse explicandam. Nil enim speciale in hoc euentu reperitur.

13 Tertia conclusio. In affinitate tamen, aut publica honestate, non existimo necessarium explicare hanc maiorem femininam propinquitatem spiriti, sed satis esse inaequalitatem gradus exprimere, eo modo quo à nume. 23. dicemus eam inaequalitatem graduum esse explicandam. Verbi gratia. Petrus vult vxoris prioris à se cognita, vel incognita amitam, vel materteram ducere, satis est in dispensatione explicare se velle ducere feminam consanguineam in primo cum secundo gradu prioris vxoris cognita, & sic affinem sibi, vel non cognita, & sic habentem impedimentum solum publicae honestatis ex matrimonio rato orta, non explicando fuisse eius amitam. Quia in affinitate, vel publica honestate non ea peculiaris reverentia exhibetur feminæ propinquiore ad spiritum, que in consanguinitate. Et hoc praecipue mortua iam vxore, vt hic contingit. Atque proinde non ita dedecet hoc matrimonium, vt eiusmodi maioris propinquitatis ad spiritum ex parte feminæ se tenentis sit peculiaris mentio faciendae.

14 Quarta conclusio. In consanguinitate, affinitate, vel publica honestate credo necessarium fore exprimere distantiam graduum sit in linea recta. Verbi gratia, si vellet quispiam ducere auiam, vel proauiam, neptem, aut proneptem, siue propriam, siue vxoris cognita, aut non cognita, (supposita opinione dicenti eam prohibitionem esse solum iure humano inuicem,) aut matrem, si iure sponsae de futuro: vel è contra feminam auiam, vel proauiam propriam, aut prioris viri, aut patrem prioris sponsae de futuro, non satis esset exprimere gradum coniunctionis, sed explicandum esset esse in linea

Ppp 4 recta.



recta. Quia parentibus alterius coniugis, vel sponſi de præſenti, vel de futuro, ferè eadem reuerentia debetur, ac proprij. Atque proinde multò indecentius eſt, ac abſurdius huiusmodi matrimonium, quàm ubi diſtancia gradus eſt in linea tranſuerſa. Id tamen non reparare necellarium exprime- re in aſſinitate ex copula fornicaria. Quia ex ea copula non oritur notabiliter ſpecialius vinculum, aut notabiliter maior reuerentia obligatio aſſinibus ex linea re- cta, quàm ex tranſuerſa.

Quinta conſuſio. In cognatione ſpiri- tuali credo necellarium exprimere, an inter cõtrahentes ſit filiatio ſpiritualis, quòd alter alterum leuavit de ſacro fonte, aut tenuerit in confirmatione: an potius compa- ternitate eò quòd ea a ctiones exercitæ ſint erga alterius ex contrahentibus filiù. Quia multò indecentius eſt cum filio, aut filia ſpirituali contrahere, quàm cum compa- tre, vel commatre. Nam cum regeneratio hæc ſpiritualis, ex qua filiatio iſta conſur- git, aſſimiletur generationi carnali, ex qua filiatio naturalis oritur: ſicut indecentiſ- ſimum eſt inter patres & filios carnales ma- trimonium, ita ſuo modo, licet non æqua- li, inter patres ac filios ſpirituales. Et ideo diſput. 19. num. 7. diximus cum multis nũ- quam legi Pontificem diſpenſaſſe ad con- trahendum cum impedimento filiationis ſpiritualis: cum tamen sæpè in comparer- nitate diſpenſarit. Vtrum autem filiatio hæc, aut compaternitas conſurgat ex bap- tiſmo, vel cõfirmatione, ſiue orta ſit, quia volens contrahere baptizauit, vel leuauit, vel tenuit, credo non eſſe opus quicquam horum exprimere, ſed ſatis eſſe dicere eſſe filiationem inter illos, vel compaternita- tem. Quia parum hæc mutant, vel augent.

Sexta conſuſio. Si publica honeſtas oriatur ex matrimonio rato, nõ fatis erit mē- tionem publicæ honeſtatis facere, quando petitur diſpenſatio in primo gradu, ſed oportet exprimere eam ex matrimonio rato ortam. Quòd multò vrgentius impedi- mentum ex matrimonio rato, quàm ex ſpõ ſalibus oriatur, adeò, vt illud multi aſſini- tatem vocent. Adde multò indecentius eſ- ſe matrimonium cum ſore ſpõſe de præ- ſenti, quàm ſpõſe de futuro: cuius maxi- mum ſignum eſt, quòd Tridentinum ſeſſ. 24. de matrimo. cap. 3. reſtrinxerit impe- dimentum publicæ honeſtatis ex ſponſali- bus ortum, et non excedat primum gradum, cum tamen publica honeſtas ex matrimo-

nio rato extendatur vsq; ad quartum. Quòdo tamen ultra primum gradum peteretur diſpenſatio in publica honeſtate, non eſt opus exprimere vnde orta ſit. Quia poſt id Tridentini decretum ex ſolo matrimonio rato poteſt oriri.

Septima conſuſio. Si error ſit in gradu, explicando maiorem, vt ſecundum, cum ta- men ſit minor, vt tertius, valet diſpenſa- tio. Quia & ſi non ſit cõceſſa ſpecificè pro tertio gradu, eſt tamen conceſſa ſimplici- ter pro conſanguinitatis impedimento, cõ errore circa qualitatem accidentalem in- cluſam à fortiori in gradu ſuper quo diſpõ- ſatur. Item, quia non vitiatur diſpenſatio ex falſa qualitatis expreſſione, quando ea verè expreſſa redderet facilior. (vt probaui diſput. 2. 1. num. 35. vbi & num. 36. reſpondi ad cap. cui de non ſacerdotali, de præbend. in 6. quod aduerſus hoc vrger.) Quòd ſi opponas, non valere in diſpenſa- tione argumentum à maiori ad minus (vt dixi diſput. 1. num. 32.) dic valere vtiq; (vt vbi num. 35. probaui) quando minus in- cluditur in maiori: prout in hoc caſu con- tingit. Et ideo hæc conſuſionem tenent Petrus de Ledema ſumma Sacram. vbi de matrim. cap. 27. poſt ſeptimam conſuſio- nem, dubio 1. Manuel. 2. tomo ſummæ, in 2. editione. cap. 238. conſuſione 3. num. 3. Vega. 2. tomo ſummæ cap. 34. caſu 98. ini- tio. Atque hoc verum credo, quanvis data opera id mendacium contingeret. Quia non tangit diſpenſationis ſubſtantiam: & ea falſitate non expreſſa concederetur fa- cilius.

Octava conſuſio. Si tamen error ſit ex- plicando gradum inferiorem, vt quartum, cum tamen ſit ſuperior, vt tertius, quantũ- uis ex ignorantia inculpa procedat, eſt ſubreptitia, & irrita diſpenſatio. Quia con- tingit circa diſpenſationis ſubſtantiam: & ita nullatenus in illo gradu ſuperiori diſ- penſatur, vt potè, qui nec formaliter, nec virtute clauditur in inferiori. Item quia error ex ignorantia contingens tunc tan- tum non vitiat, quando eò non obſtate cõ- cederentur literæ, & caſus ad quem vti vo- lo reſcripto, ſub eius verbis comprehendi- tur. (vt probaui diſput. 2. 1. num. 59.) At gra- dus ille ſuperior nequit in reſcripti huius verbis comprehendi.

Vltima conſuſio. Si error cõtingat nar- rando maius impedimentum, cum tamen ſit minus diuerſæ ſpeciei, vt ſi dicatur cõ- trahentes eſſe conſanguineos in ſecundo

gradu,

gradu, cum tamen non ſint niſi aſſines in ſecundo, vel tertio gradu, diſpenſatio eſt ſubreptitia. Quia cum ſint diuerſa impedi- menta, nec vnus clauditur in altero, diſ- penſatio in vno nequit explicari vt cenſea- tur in altero conceſſa. Ad quòd confert, ſporium legitimum tanquam ex inceſtu- natum, non cenſeri legitimum, ſi ex adul- terio ſit, quòvis adulterium minus delictũ ſit. Quòd ſunt diuerſæ ſpeciei. Quod mul- tis citatis tradunt Cour. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 11. Salzedo addit. ad regulã 195. Ber- nardi Diaz. in ſine. Præterea quia diſpenſa- tio ſuper vno deſectu, non eſt diſpenſatio ſuper alio. Vt docet Baldus cap. innotuit num. 17. de elect. Aſſiſis deciſione Nea- politana 320. num. 12. Et ideo conſuſio- nem hanc in proprijs terminis docet Lud. Lopez 2. p. inſtructorij, vbi de clauibus. c. 9. col. 5. & 4. part. c. 50. col. 2. Addit in hoc poſteriori loco ſecus eſſe de poteſtate diſ- penſandi in conſanguinitate, eam enim ait extendi ad diſpenſandum in ſimili aſſinita- te, & quã ad minus. Sed hoc nullo modo credo. Quia quanvis poteſtas diſpenſandi extendenda ſit, id tamen intelligitur quò- do caſus, ad quem ſit extenſio, poteſt com- prehendi ſub caſu expreſſo (vt probaui diſ- put. 2. num. 2.) Quod in hoc caſu minimè reperitur: eam ſint diuerſæ ſpeciei. Atq; ita Baldus proximè allegatus dixit poteſta- tem legitimandi ſpurios ex inceſtu, non extendi ad aliam ſpeciem. Quia ſub vna ſpe- cie non continentur altera.

Forſan aliquis limitaret duas præceden- tes conſuſiones, niſi ſit error communis circa illam gradum, illudve impedi- mentum, quia, ſcilicet, contrahentes communi- ter exiſtimabantur conſanguinei in tertio gradu, eam tamen verè eſſe in ſecundo, vel communi errore putabantur aſſines, cum tamen eſſent conſanguinei: tunc enim videretur valida diſpenſatio ob eum com- mune errorem. Poſſetq; hoc probari ex do- ctina, quæ tenent Valaſcus conſil. 80. ſine, tomo 1. Molina tomo 1. de iuſtitia, tra- ctatu 2. diſt. 173. col. 1. §. verſ. quòdo qua- litas, vbi aſſert quoties qualitas aliqua ideo non ſit expreſſa in petitione legitimo- nis, quia tempore coitus, & expeditionis legitimationis ignorabatur, non reddi diſ- penſationem, ſeu legitimationem ſubrepti- tiam. Vt ſiquis genuiſſet filium ex ea, quæ cõmuniter reputabatur vidua, & poſt le- gitimationem comperum eſt eam fuiſſe cõiugatam, dicunt valere legitimationem

non explicato adulterio Pontifici. Et probat, quia ad valorem actus opinio commu- nis quandoq; præfertur veritati. l. Barbarius. ff. de offic. prætoris. Pro eadem parte facit doctrina multorum aſſerentium ex- preſſo aliquo vacationis beneficij modo non venire aliũ, niſi eſſet communis error exiſtimans modo illo expreſſo id vacaſſe: tunc enim aiunt cõmunem hunc errorem excuſare, niſi ad eſſet alius ſimul impetrans id beneficium: per. d. l. Barbarius. Hi ſunt Lapus allegatione 89. à nu. 9. Dominicus cap. ſuſceptum num. 5. de reſcript. in 6. So- cinius, quem reſert, ac ſequitur Felinus cap. in noſtra num. 38. verſ. quod dictum eſt, de reſcript. Rebuſſus in cõcordatis, in ſor- ma mandati A poſtolicæ, paulò ante verſitè expreſſo. Mandofius regula 34. cancella- riæ. q. 43. num. 10. Menochius de arbitra- rijs, lib. 2. centuria 3. caſu 201. nu. 104. Ma- cardus de probat. conſuſione 186. nu. 7. Cæteram nullatenus auderem hanc limita- tionem admittere. Quia ignorantia excu- ſat quidem à peccato, at nil poteſt cõſerre ad id, vt diſpenſatio trahatur ad caſum aliũ, quàm expreſſum. Cum ergo ſolus tertius gradus ſit expreſſus, vel ſola conſanguini- tas, non iuuat ignorantia, vt diſpenſatio trahatur ad ſecundum gradum, vel ad aſſi- nitatem, in quibus diſpenſatum non eſt. Nec obſtat. l. Barbarius. Quia aliud eſt ſup- plere defectum in caſa eſſiciente, quem quidem ſupplet ea lex in iudicibus, ac alijs miniſtris publicis, quando defectus iuri- dictionis erat ita occultus, vt communiter illi putarentur veri miniſtri. At ea lex non diſponit vt conceſſum in vno caſu cenſea- tur in alio concedi, proter commune erro- rem. Non etiam obſtat ſimile adductum de beneficij. Quia in beneficij ſubſtantia non eſt error, ſed in quodam accidenti pa- rum conferenti ad collationem. Et ideo iure optimo ea mens Pontificis eſſe credi- tur, vt ob id accidens cõmuniter ignoratũ non vitietur collatio. At in noſtro caſu eſt error in ipſamet ſubſtantia caſus, in quo diſ- penſatur.

Circa impedimentum voti, an explican- dũ ſit ſi id votum sæpè repetitum ſit: vel ſi ſimul eſt iuramentum: & an ſi vnus vincu- lum loco alterius falſò exprimat, dicendo eſſe votum, eum ſit iuramentum, vel eſ- ſe iuramentum, eum ſit votũ, ſit ſubrepti- tia diſpenſatio? Diximus diſp. 2. num. 24. & 25. Quòd ſi id votum non vnbendi ſit emiſſum in Dei honorem, ac fauorè tertij,

modo



modo quem explicui disput. 6. num. 12. vel simile iuramentum, est necessarium exprimendum in dispensatione esse emissum in tertij fauorem. Quia cum vergat in illius damnum, erit multo difficilius dispensationis. At si tertius ille remitteret, qua parte ipsum tangit, non esset opus referre id in tertij fauorem esse factum. Cum iam fauor ille remissione partis cesset. Quod si professus esset simul ordine sacro initiat, teneretur vtrunq; in dispensatione ad matrimonium exprimere. Quia sunt duo impedimenta, alterum ratione professionis: alterum vero ratione ordinis sacri. Nec fat esset si sacerdos, aut diaconus, petens dispensationem explicet se in ordine sacro esse, sed teneretur si diaconum, aut sacerdotem, aut Episcopum, si talis sit, esse explicare. Quia quod ordo superior est, eo difficilius notabiliter erit dispensatio, & maior causa exigetur: maiorq; consideratione dignum erit an expediat dispensare. Et quid, si votum iteretur postquam Pontifex commisit facultatem dispensandi: vel postquam ordinarius dispensauit. Dicam disput. 32. num. 6.

Quod si petas, qualiter dispensationem petere possit, qui vxorem interemit animo ducenda concubina, vel absq; eo animo nec res est occulta. Quia in foro exterio delatus est, & quanuis non conuictus, non tamen absolutus est, sed damnatus arbitraria pena ratione aliquis probationis, non tamen sufficientis ad ordinariam delicti eius penam. Ratio dubitandi est, quia non potest dici impedimentum occultum, eo quod delatus est, & damnatus. Et ideo non admitretur dispensatio in solo conscientia foro concessa. Quod si velit petere in foro externo, cum nomen petentis exprimat, conuincetur ex sua confessione, & penas delicti soluet. Dico si absq; animo ducenda concubina interfectio vxoris acciderit, facile posse impetrare dispensationem in foro externo, narrando sibi impedimentum opponi interfectionis vxoris, cum vere non interfecerit: ac se illam petere vt foro externo satisfaciatur. Nec in hoc mentitur, etiam si postea coram officiali Episcopi iuret veras esse preces. Quia cum iuxta multo vterem sententiam machinatio absq; eo animo non dirimat matrimonium (vt dixi lib. precedenti, disput. 78. num. 13.) Et quantum impedit, tam id impedimentum, & cetera impedimenta, prater votum, & alia sponsalia, sint vsu abolita,

(vt dixi eodem lib. precedenti, disp. 17. num. 9.) verum narrat hic impetrans: cum non occiderit quatenus est impedimentum, super quo cadat dispensatio. Quando autem eo animo interfecit, oportunitatem medium erit, narrare Pontifici se de eo delicto infamatum, ac delatum in foro exteri, damnatumq; esse arbitraria pena defectu plenae probationis: nec fatetur, nec neget delictum in ea narratione. Et in sacra poenitentaria petere aliam dispensationem, referendo quod in publica fori externi propositum est, ac ibi tacitam esse delicti veritatem, ob periculum propriae conditionis: & in hac debet impetrans fateri veritatem. Quia cessat periculum: cum in hac nomen petentis non exprimat. Nec refert vtra prius dispensatio impetretur. Vt dixi disput. precedenti num. 7.

Demum superest duplex difficultas. Prior est, an in dispensationis impetratione super gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, quando contracturi distant inaequaliter a stipite, vt si alter distet in secundo, & alter in tertio, sit necessaria mentio gradus propinquioris, quomodo distat a potius sit factis mentio remotioris? Quodam fuit magna controversia circa hoc. Quidam enim aiebant subrepticam fore dispensationem, non facta illius gradus propinquioris mentione. Ducebantur ex cap. quod dilectio, de consang. vbi deciditur potestatem concessam legato ad dispensandum in certo gradu, non extendi ad eum gradum, quando alter contrahentium in propinquiori distat a stipite. Item quia in dispensationibus vt potest, quae odio sunt, mixtum sub simpliciter non comprehenditur (vt dixi disput. 2. num. 28.) At hic gradus est mixtus ex propinquiori, & remotiori. Sic docent Alex. de Neuo. d. cap. quod dilectio, num. 8. Gambar de autoritate legati, lib. 8. tit. de dispensatione legatorum circa matrimonia num. 392. Antonius Cucus lib. 5. institutum maiorum tit. 12. num. 252. Molina tomo 1. de iustitia tractatu 2. disput. 161. columna penultima, verum illud tamen. Borgasius de irregul. 2. p. tit. de interpretatione dispensationis num. 26. Idq; decreuit Pius III. in quodam motu proprio.

Alij oppositum sentiebant. Quod is gradus minimè sit mixtus, sed simplex. Cum is solus gradus impedimentum matrimonio praestet, qui a stipite remotior est capitali, de consang. Et confirmatur, quia quando duo consanguini in gradu dispari

distant,

distant, intelliguntur tantum distare inter se, quantum remotior distat à communi stipite. d. cap. finali. Ergo sicut gradus remotior trahit ad se, & imbibit proximior, quantum ad rationem magis distandi à primo stipite, ita et idem imbibet, & ad se trahet, vt solius eius ratio sit habenda in impetranda dispensatione. Secundò, ex cap. quod dilectio, de consanguin. iuncta specialia ratione tradita à doctoribus illius textus, quam reuimus disput. 1. num. 33. ibi enim deciditur indulgentiam legato concessam ad dispensandum in certo gradu, intelli quado vtrq; contrahens distat aequaliter in eo gradu a stipite. Huius enim ratione reddunt praedicti Doctores, eo quod in eo loco sic habebat consuetudo, & ex dispensatione suboriretur scandalum. Quare contrarium aperte docent, vbi consuetudo non est contraria, & attento iure, nec id scandalum sequetur. Quod si replices hodie esse eam consuetudinem, & Stylum curiae vt is gradus propinquior manifestetur. Respondetur id non habere stylum curiae, quasi id necesse sit: aduersaret enim motu proprio Pij V. referendo in numero sequenti. Sed id habet ad euitanda dubia, & literas declaratorias, quas dicemus esse necessarias. Tandem, quia hoc decidit Clemens VI. in quadam extrauaganti, quae incipit, Nuper, nondum typis excussa. Et ita hac extrauaganti relata sultinent Calder. consil. 1. num. vnico, ad finem, de consanguin. Abb. d. cap. quod dilectio, ad finem. & ibi Prepos. nu. 8. vers. quareo Papal. Corneus cõf. 2. or. nu. 1. volum. 2. Milis in suo rept. lit. D. verb. dispensatio. nu. 23. vers. dispensatio quatenus. Angel. verb. matrimonium 3. impedim. 6. fi. Syll. verb. matrimonium 8. q. 6. fi. Gambar de autoritate legati, lib. 10. num. 264. Tabiena verb. impedimentum, impedimento 3. q. 3. num. 4. Sotus 4. d. 40. q. vnica, art. 2. fine. Ledesma 2. par. 4. q. 56. art. 4. fine. Toledo lib. 7. summa cap. 5. num. 6. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis num. 4. versic. cognatio carnalis. Caneo summa Sacram. vbi de matrimonio cap. 7. num. 42. fine.

Sed iam hac difficultate nos liberauit Pius V. in motu quodam proprio edito anno 1566. die 26. Augusti, incipienti, Santissimi, vbi rem hanc ad ius commune pristinum reduxit, ac reuocans motum proprium Pij III. decidit non esse necessaria in gradus propinquioris mentionem, sed suffi-

tere remotioris, obtentis tamen postea literis declaratorijs super propinquioris: nec posse literas prioris notari subreptione, vel intentionis defectu. Et ita aduertunt Probans addit. ad Monachum, rubrica de cognitione spirituali num. vnico vers. & quando sunt. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 10. num. 12. Antonius Cucus lib. 5. institutio-num maiorum tit. 13. nu. 17. Veracuraz appendice ad Speculum, super art. 49. 1. par. folio 99. Gutierrez consil. 18. num. 11. & q. canon. lib. 2. cap. 15. num. 38. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 3. num. 6. Ludouicus Lopez 2. p. instruct. vbi de matrim. cap. 19. in impedimento consanguinitatis, columna 5. vers. postremo. Manuel 1. tomo summae in 2. editione cap. 23. num. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 54. art. 2. column. penultima, conclusione 2. & summa Sacramen. vbi de matrim. c. 27. conclusione. 7.

Tenor autem harum literarum declaratoriarum sic se habet (vt ad me peruenere datae à Clemente VIII. anno 1599. die 13. Ianuarij.) Narrat est Põfificij quosdam impetrasse dispensationem proponendo se tertio consanguinitatis gradu coniunctos, esse tamen essent in secundo cum tertio. Et ait Pontifex in illis literis, sic: *Discretionis tuae per apostolica scripta mandamus quatenus etiam si literis praefatis iam tibi praesentatis, ab illarum executionem propter hoc procedere distuleris, seu recusaueris: nihilominus negotium eius modi reassumens, ipsasque literas valere dista auctoritate decernens, ad eandem literarum executionem (seruata alijs earum forma) procedas. Ac eam esdem N. & N. super impedimento tertij consanguinitatis gradu huiusmodi eadem auctoritate dispenses. Distantiam vero secundum gradus praefatos non obstat declarare, in omnibus, ac per omnia, perinde ac si in dista literis ipsos secundo & tertio consanguinitatis gradibus à communi stipite prouenientibus, inuenire esse coniunctos, expressum fuisset.*

Circa quem motum proprium est. obseruandum, illum de solis consanguinitatis, & affinitatis gradibus loqui. Quare si petatur dispensatio in impedimento publicae honestatis ex matrimonio rato, sufficere remotioris gradus mentio, nullis literis declaratorijs postea impetratis. Quia cum de hoc non loquatur, standum est iure communi, quo attento solam remotioris gradus mentionem sufficere probauit numer. 24. At in gradibus affinitatis ex fornicatione ortae duplices illae literae sunt necessariae. Quia motus proprius indistincte de

affinitate



affinitate agit. Quod intelligo, si affinitas ea sit publica. Vt num. 33. dicam.

2 8 Secundo dubitari potest, cui vsui litera illa declaratoria sint? Aut enim petuntur in motu proprio, tanquam conditio requisita ad valorem dispensationis, in quo solus gradus remotior expressus est. Quod denotat ablatius ille absolutus, *Obtens tamen potest litera declaratoria*. Qui conditionem importat. I. a testatore. ff. de condit. & demonstr. Aut non, sed tanquam admonitio quaedam. Si priori modo. Ergo dispensatio in neutro foro valebit, donec ea litera impetrentur. Quippe conditio valorem actus suspendit, donec ea impleatur. Si posteriori modo. Cui ergo vsui sunt litera illae? Henríquez lib. 12. de matrim. c. 3. n. 6. in commento, litera T. & cap. 9. nu. 2. in commento, litera Z. ait literas eas declaratorias peti pro solo foro externo. Et satis mihi placet. Quod confirmatur ex sententia Probi addit. ad Monachum, in rubrica de cogn. spirit. in 6. num. vnico, vbi ait eas esse necessarias, quando in foro publico dispensatio petitur, secus quando affinitas cõsurgit ex actu fornicario occulto. Tunc enim ait non dari has literas declaratorias. Præterea, quia idem datur ea litera, vt caueatur scandalum. Quippe poterant aliqui scandali ansam sumere, videtes non esse dispensatum in gradu propinquiori: ac propterea existimantes matrimonium esse irritum. Vt bene docent Gaeta cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 134. num. 363. Petrus de Ledesma de matrim. q. 54. art. 2. columna penultima. notabili 2. Ergo petitio earum literarum solum forum externum respicit.

2 9 Hinc deducitur, matrimonium initum virtute dispensationis solo gradu remotiori expresso, nec obtens literis declaratorijs, fore validum. Quod magis constabit ex dicendis num. sequenti. At ordinarius in foro externo recte procedens nõ deberet dispensare donec litera declaratorie afferrentur. Et si post initum matrimonium certior iuridice fiat aliquo denunciante non esse expressum gradum propinquorem, nec allatas literas declaratorias, deberet sic cõiunctos separare, donec eas literas afferat. Tum vt prædictum scandalum quod potest cõtingere, vitetur. Tum etiam vt satisfiat præcepto Pontificio volenti eas literas ad eum effectum afferri.

3 0 Imò quãuis ordinarius suo munere abutens dispenseret non allatis literis illis declaratorijs: cum tamen ex actis cõstaret esse

libi gradum propinquorem, & remotiorẽ: vel si diceptus a contrahentibus falsò probantibus esse solum gradum remotiorem dispenseret, credo valere matrimonium. Quia ea dispensatio valida fuit, nec malicia ordinarij tollit exequentis, aut partis falsò probantis, tollit eius valorem. Non enim peritur ea litera vt prior dispensatio valida fiat, sed vt scandalo obuietur (vt num. 28. diximus.) Quod videtur etiam probari, quia motus proprius concludit omnia acta, dispensationesq; confectas, & processus habitos per dictas literas, in quib; non expressus est gradus propinquior, minime posse subreptione, aut intentionis defectu notari. Et quauis addat, *Obtens tamen potest litera declaratoria super propinquiori*. Ablatius ille absolutus non potest conditionem importare. Quia supponit actum iam perfectum, & gesta virtute priorum literarum fuisse valida. At si conditionem importaret, suspenderet valorem actus gestis ante illius implementum.

3 1 Et tandem si nullum scãdali periculum immineret, nec res ad forum externum delata esset, credo eos, qui se licet contraxerunt matrimonium, non teneri eas literas declaratorias afferre. Cum ex soli scandalo vitando deseruiant: cuius in hoc euentu nullum prorsus subesse timorem supponimus.

3 2 Tertio obseruandum est, quando propinquior gradus stipiti fuerit primus, nullatenus valere dispensationem, in qua solius remotioris mētio fit. Vt si quidam velit ducere consobrinam filiam fratris sui, aut filiam filij, aut nepotis fratris sui, hic contracturus distat à primo stipite in primo gradu, & à filia fratris in primo cum secundo, à nepte fratris in primo cum tertio, à pronepte fratris in primo cum quarto: si ergo in his euentibus solius remotioris gradus mentio fiat, non explicata distantia alterius contrahentis à stipite in primo gradu, dispensatio erit prorsus subrepticia. Et idem est in affinitatis gradibus. Constat, quia Pius V. in eo motu proprio declarans literas non posse subreptione notari, defectu expressionis gradus propinquioris cõsanguinitatis, vel affinitatis, addidit. *Cum modo primò quoquo modo non attingant. Cum in eo sanctitas sua nunquam dispensare intendat*. Et ita docet Petrus de Ledesma de matrim. q. 54. art. 2. columna penultima, notabili 1. Qui bene addit hoc intelligi, dum modo alter, qui est in gradu remotiori, fit intra quartum gradum. Nam si extra illum

fit,

fit, nulla est necessaria dispensatio. Vt probauit lib. præcedenti, disp. 53. num. 5.

3 3 Hinc deducitur, quando petitur dispensatio in solo foro conscientie affinitatis ex occulta copula fornicaria, valere illa, quauis gradus propinquioris mentio non fiat, dummodo non sit primus: nec esse necessarias literas declaratorias. Constat ex dictis num. 28. vbi & Probum id afferentem retuli.

3 4 Secundo deducitur, eum, cui cõceditur potestas dispensandi in aliquo gradu, posse in eo dispensare, quauis is mixtus sit ex alio propinquiori. Quia is gradus verè nõ est mixtus, sed simplex (vt num. 24. probauit.) Et ita docent Angelus verb. matrimonium 3. impedimento 6. sine. Sylu. verb. matrimonium 8. q. 6. sine. Toledo lib. 7. summa cap. 5. num. 5. Quod tamen limito, nisi alter eorum distaret à stipite in primo gradu. Propter verba motus proprii Pij V. relata num. 32. dicentis nunquam Pontificis mentem esse dispensare in hoc casu, nisi exprimat.

3 5 Tertio deducitur intellectus ad priuilegium Pauli III. qui (vt refert Veracruz r. par. Speculi, art. 44. pagina 3. conclusione 3.) cõcessit Indis noui Orbis, vt possint in tertio, & quarto gradu matrimonio coniungi. Poterunt enim sic cõiungi, licet alter in secundo, vel in primo gradu distet: Quia licet dispensatio sit stricti iuris, debet recipere interpretationem à iure cõmuni, (vt probauit disp. r. num. 8.) quando versatur circa iuris communis materiam. At attentò iure cõmuni distantia graduum computatur iuxta remotiorem, & ille imbibit, & trahit ad se propinquorem (vt probauit hæc disput. num. 24) Sic docent Veracruz eodem art. 44. pagina 4. vers. respondetur ex mente Bartolom. à Ledesma de matrim. dubio 36. columna penultima vers. & annotato. Quòd si obiectas, hoc videri contra dicta num. 32. & num. præcedenti, vbi dixi non esse Pontificis mentem dispensare, quando alter ex contracturis distat à stipite in primo gradu. Sed respondetur non aduersari, imò consonum esse. Quòd (vt dixi eo num. 32. sine.) quando alter contrahens extra quartum gradum est, etsi alter sit in primo, nulla est necessaria dispensatio. Cum ergo Paulus III. respectu Indorum hos gradus restrinxerit ad secundum, quando alter distat ultra secundum gradum, cum iam sit extra gradum vetitos, licet alter distet in primo, non erit necessaria dispensa-

tio. Intelligitur autem hoc priuilegium de solis Indis neophytis noui orbis. Vt docet Veracruz eodem art. 44. pagina 3. conclus. 3. Insuper id priuilegium est tam de gradibus cõsanguinitatis, quàm affinitatis. Vt docent Veracruz ibidem. Vt supra. tomo summa cap. 34. casu 126. sine. Demum per nouum Orbem intelliguntur omnes prouinciæ Indorum. Vt docet ibidem Veracruz.

3 6 Posterior difficultas est. An quando impedimentum affinitatis, & publicæ honestatis concurrunt, satis sit affinitatis mētio tacita publica honestate vt. g. quisquã vult ducere cõsanguineam intra quartum gradum prioris vxoris à se cognita, habet impedimentum publicæ honestatis ortum ex matrimonio cum cõsanguineo huius prius inito: & affinitatis ortum ex illius matrimonij cõsummatione: dubitatur ergo an in dispensationis impetratione ad ducendam eam feminam, satis sit affinitatem narrare? Triplex est sententia. Prima suffinet satis esse mentionem affinitatis fieri. Ducitur, quòd mentio affinitatis facta absoluit, intelligatur de orta ex copula coniugali: eò quòd in dubio non debet præsumi delictum. I. merito. ff. pro socio. Et quia etiam in odiosis sunt intelligenda verba in potentiori significato. Vt constat ex cap. penultimo, de sentent. excom. vbi deciditur nomine excommunicationis à iudice prolata intelligi maiorem. Potissimum autem affinitatis significatio est, affinitas ex copula licita cõsurgens. At sub affinitate hæc comprehenditur necessarìo publicæ honestas. Ergo facta absoluta affinitatis mentione satis exprimitur vt unq; impedimentum: ac proinde valebit dispensatio. Secundo, quia verba dispensationis sunt intelligenda sicut verba iuris cõmunitatis. At sublato per ius commune impedimento affinitatis, id intelligitur de omni affinitate: & consequenter censetur ablati publicæ honestas. Vt tradunt Glossa cap. non debet verb. in secundo, de cõsang. & ibi Anton. num. 19. & reliqui scribentes. Ergo sublata per dispensationem affinitas intelligitur de omni, & censetur quoq; ablati publicæ honestas. Et idem huius sententiæ sunt Millis in suo repertorio, litera D. n. 13. verb. dispensatio. vers. dispensatio facta super impedimento. Et citat Guillem. de Sado. laudato in suo sacramentali, ad fin. Felinus capitulo 11. num. 13. limitatione 7. sine, de rescript. Ripa responsio 11. ad finem, de rescript. Hieronymus Paulus in practica

cancellaria



cancelaria Apostolica tit. notabilia super dispensationibus matrimonialibus, in fine. Et Boerius de decisione 264. num. 28. refert pro hac parte, & videtur eum sequi, Glossatorem regulæ Cancellariæ 47. & ait se ita vidisse obtentū bis in iudicio. Idem tenet Couar. 4. decret. 2. par. cap. 6. §. 7. num. 5. Antonius Cucus lib. 5. institutionū maiorum tit. 12. num. 250. Azebedo lib. 8. Reco-pil. tit. 20. l. 7. num. 27. Veracruz 1. p. Speculi. art. 44. pag. 5. in fine primi dubij. Et est satis probabilis, ac tuta.

37 Secunda sententia tenet subreptitiā fore dispensationem, nisi de publica honestate mentio quoque fiat. Probat, quia si explicetur affinitas ex copula licita, quanvis ex ea quoque publica honestas confurgat: at cum minimè ea expressa sit, dispensatio vt potè odiosa, ac stricti iuris, ad eam non extenditur. Et à fortiori, si sola affinitas in genere explicetur. Cum enim possit esse ex matrimonio, & sic cōiuncta cum publica honestate, & ex fornicatione, & sic absque illa: ex quo simpliciter expressa est, intelligitur de simplici, & non de mixta cū publica honestate. Quia in materia dispensationis odiosa, ac stricti iuris, verba quæ posunt intelligi in significato potentiori, & in minori, semper intelliguntur in minori. cap. finalis, de præbend. cap. cum in illis, in 1. responso, & cap. quanvis, eodem tit. in 6. Hanc tenent Dominicus consil. 33. num. 8. & alij. Et fauet Ioan. Andr. in arbore affinitatis §. ad arborem affinitatis nu. 5. (habetur 9. tomo tractatum,) vbi absolute ait non valere dispensationē, nisi vtriusque impedimenti mentio fiat. Faut etiam Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 30. num. 2. sine, vbi ait dispensationē in affinitate non extendi ad publicam honestatem.

38 Tertia sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) sic distinguit. Si explicetur affinitas ex copula licita proueniens, vt petendo dispensationem ad consanguineam vxoris ducendam, valebit et si publica honestas taceatur. Quia tacitè illius mentio fit, vt potè, quæ in tali affinitate necessariò includitur. Secus facta solius affinitatis in genere mentione. Quia tunc nec tacitè, nec expresse fit publica honestatis mentio. Cū ea affinitas tam de licita, quæ publicæ honestati coniungitur, quàm de illicita, quæ sine illa est, possit intelligi. Et in materia hac odiosa sunt verba in minori significata accipienda (vt num. præcedenti dictum est. Adde dispensationem si aliquid opera-

ri possit, esse strictè intelligendam ne amplius operetur (vt dixi disp. 1. nu. 3.) Cū ergo ea dispensatio operetur in affinitate, non porrigi debet ad publicam quoque honestatem. Et idē huius sententiæ sunt Abbas cap. non debet. nu. 12. de consanguin. & ibi Alex. de Neuo nu. 11. Præpos. num. 18. Brunellus de sponfalibus, conclusio 26. num. 3. Rosella verb. impedimentum, impedimento 13. nu. 2. Angelus verb. dispensatio num. 10. vbi Sylu. q. 5. num. 9. & verb. matrimonium 8. q. 14. dicto 3. Tabiena verb. impedimentum, impedimento 11. ad finem. Loazes de matrimonio Regis Angliæ, dubio 10. numer. 3. l. 3. Gambara de auctoritate legati, lib. 10. num. 243. Stephanus Costa tractatu de affinitate. §. quia inter impedimenta nu. 3. (habetur tomo 9. tractatum.) Nauar. lib. 4. consil. tit. de consanguin. in 1. editione, consil. 4. num. 11. in 2. consil. 7. num. 1. Gaeta cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 203. nu. 488. Et ex Theologis, Supplementum Gabriellii 4. d. 1. q. vnicæ, art. 3. dubio 7. Toledo lib. 7. summa cap. 11. num. 6. Petrus de Ledema de matrim. q. 56. art. vltimo, dubio 2. difficult. 3. corollario 6. & melius. q. 55. art. 4. ad finem: & summa Sacram. vbi de matrim. cap. 27. post 6. conclusionem, difficultate 2. Ludouicus Lopez 2. part. instructorij, vbi de matrim. cap. 30. columna 4. vers. aduertendum est in super. Et huius sententiæ licet subobscure videatur Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 10. num. 3.

Hinc deducitur, petitam dispensationem affinitatis in tertio, vel quarto gradu valere, quanvis non explicetur an ex copula licita oriatur, nec publica honestas. Quia cum ex sola cōiugali copula oriatur in his gradibus affinitas, exprimitur virtute eam ex copula cōiugali oriri: ac subinde tacitè quoque declaratur publica honestas.

40 Secundo deducitur, in petitione dispensationis affinitatis in primo, vel secundo gradu, si ex copula cōiugali oriatur, esse necessariò narrandum eam ex copula cōiugali confurgere. Si sustineamus nostram sententiam relata num. 38. Quia duplex tunc oritur impedimentum, nempe, affinitatis, & publicæ honestatis: & tacitum est hoc. Imò nec sufficeret mentio affinitatis in genere, & publicæ honestatis in genere. Quia cum publica honestas oriatur quoque ex sponfalibus, non explicatur an ex matrimonio orta sit. Cū tamen id esse necessariò probauerimus num. 6. Item quia

non

non explicatur an affinitas ex matrimonio orta sit. Cū tamen id sit necessariò. Quia est multò fortius vinculum affinitate orta ex fornicatione. Si tamen sustineamus primam sententiam relata num. 36. satis esset mentione affinitatis in genere facere. Quia ea intelligitur de orta ex copula licita, & sic tacitè explicatur publica honestas. Vt ibi latius probatum est.

41 Vltimo deducitur, in potestate dispensandi in affinitate includi quoque publicam honestatem cum illa concurrente. Ducor, quòd cū affinitas genus sit ad ortam ex copula licita, & illicita, & potestas dispensandi sit late interpretanda, ad vtranque extendetur. Quauis dispensatio ipsa, quæ stricti iuris est de sola minori affinitate intelligatur (vt dixi num. 37.) Sicut num. 5. & 9. diximus potestatem dispensandi in aliquo gradu extendi ad eum duplicatum ex vtroque latere: scilicet de ipsa dispensatione. Cū ergo ea dispensandi in affinitate potestas claudat quoque affinitatem ex copula coniugali, cui necessariò coniuncta est publica honestas, extendetur quoque ad publicam honestatem. Imò ad hanc extendetur, quauis sine affinitate sit. Vt si ex solo matrimonio rati, vel ex solis sponfalibus orta sit. Quia eò ipso quòd datur facultas ad affinitatem ex copula licita, supponit præcessisse sponsalia, & matrimonium ratum, indeque productum publicæ honestatis impedimentū: & sic facultas illa ad hoc quoque extenditur. Adde publicam honestatem non oriri ex matrimonio ratione consummationis, sed

ex solo ipso matrimonij contractu oriri: ac subinde publicam honestas, ad quam ea potestas extenditur, non est alia, quàm ea, quæ ex matrimonio rato oritur. Quæ autè nascitur ex sponfalibus est gradus quidam minor eiusdem speciei publicæ honestatis, inclusus sanè in orta ex matrimonio.

42 Vtrum autem in dispensationis impetratione sit facienda mentio copulæ in cestuosa, & matrimonij irriti, ac spei facilius obtinendæ dispensationis, tractabitur tota disputatione sequenti.

43 Ad argumenta num. 36. proposita respondetur. Ad primū negatur intelligi de copula licita. Nec obstat non esse presumendum delictū. Non enim inuitur hæc intelligentia præsumptioni delicti, sed strictè dispensationis intelligentiæ potenti verba intelligi de minori significato (vt num. 37. probauit.) Nec etiam obstat cap. penultimum, de sentent. excom. id enim quasi quod speciale decreuit Pontifex, quasi secundo eo decreto de minori venire ea pena intelligenda. Idque statuit vt sententiæ iudicis timeretur. Ad secundū, dic quando dispensatio est in re de qua est decretū ali-quod iuris cōmunis, ea verba iuxta id decretum intelligenda esse. At vbi nullū est decretum de ea re in iure cōmuni, nō sunt intelligenda nisi strictè. Quia ius cōmune tāquā ius vniuersale, & fauorabile est extendendū ad eò ipsam quoque dispensationē in eo iure contentā extendi faciat (vt dixi disp. 1. nu. 7.) At dispensatio priuata tanquā ius priuātū est strictè interpretanda.

## DISPVT. VIGESIMA QVINTA.

An in dispensatione matrimonij inter consanguineos, vel affines, & generaliter inter eos inter quos est impedimentum dirimens, sit copulæ inter eos habitata mentio facienda?

## SVMMARIVM.

Tripliciter potest interuenire hæc copula. num. 1.  
Tripliciter potest ea copula haberi. num. 2.  
Quorū questiones disputantur. num. 3.  
An cū copula coniungitur ex humana fragilitate possit quam iam ordinarij expeditur dispensationem, reddatur ea subreptitiā? nu. 4.  
Quid, quando Pontifex dispensauit dummodo copula non præcesserit? num. 5.  
Quid, quando coniugit, ante dispensationem à Pontifice expeditam, vel post, aut quam ordi-

narius dispenseret, nec eius est facta mentio? Refertur duplex sententiā. num. 6. & 7.  
Proponitur sententiā authoris. num. 8.  
An dum petitur dispensatio inter cognatos spirituales, vel habentes aliud impedimentum dirimens præter consanguinitatē, vel affinitatem, sit ea copula explicanda? nu. 9.  
An sit explicanda quando non emittit vir semen, aut fuit incestuosa ex parte solus alterius contrahentis, altero ignorante consanguinitatem? num. 10.  
An si ea copula sit occulta sit manifestanda Pontifici, an sufficiat penitentiariorum, vel Episcopi-

po, &amp;